

Alte Drucke

**EPITOME || COLLOQVIORVM || ERASMICORVM, CONTI-||NENS
IN SE COMMVNIORES || quotidiani sermonis formulas, nunc
|| denuò in puerorum vsum || ædita.|| ...**

Erasmus, Desiderius

Köln, 1585

VD16 ZV 27952

IOANNIS TEXTORIS VIRI DOCTISSIMI Comoedia.

Nutzungsbedingungen

Die Digitalisate des Francke-Portals sind urheberrechtlich geschützt. Sie dürfen für wissenschaftliche und private Zwecke heruntergeladen und ausgedruckt werden. Vorhandene Herkunftsbezeichnungen dürfen dabei nicht entfernt werden.

Eine kommerzielle oder institutionelle Nutzung oder Veröffentlichung dieser Inhalte ist ohne vorheriges schriftliches Einverständnis des Studienzentrums August Hermann Francke der Franckeschen Stiftungen nicht gestattet, das ggf. auf weitere Institutionen als Rechteinhaber verweist. Für die Veröffentlichung der Digitalisate können gemäß der Gebührenordnung der Franckeschen Stiftungen Entgelte erhoben werden.

Zur Erteilung einer Veröffentlichungsgenehmigung wenden Sie sich bitte an die Leiterin des Studienzentrums, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

Terms of use

All digital documents of the Francke-Portal are protected by copyright. They may be downloaded and printed only for non-commercial educational, research and private purposes. Attached provenance marks may not be removed.

Commercial or institutional use or publication of these digital documents in printed or digital form is not allowed without obtaining prior written permission by the Study Center August Hermann Francke of the Francke Foundations which can refer to other institutions as right holders. If digital documents are published, the Study Center is entitled to charge a fee in accordance with the scale of charges of the Francke Foundations.

For reproduction requests and permissions, please contact the head of the Study Center, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

urn:nbn:de:gbv:ha33-1-149804

IOANNIS TEXTORIS VIRI DOCTISSIMI

Comœdia.

PERSONAE,

Iuuenis, Pater, Vxor.

IV. Amabè pater, age sis quid agèdum mihi fiet, quo minùs vitā hanc breuiusculam, et bulla fragiliorem in arumnis degero? P. Quid, inquam, tibi est animi gauderem si quid facerem, quod tibi non esset molestum. I. Verum, ego te eam ob rē consultum volui quoniam iam ex ephœbis excessi, ut mihi atati prouecta aperires, quod mihi factū videres vtile. P. Nihil fili magū in rem tuā esse conspicio, quā ut ludum sequare literariū. I. Non, si clamando medius crepueris, istud in animum inducas meum pater. P. Quidni induxero? I. Pol literis nihil vnquā magū odiosū mihi visum est. P. A. Quid ita? I. Vt enim opulento homini seruitus dura est, ita delicato corpori odiosa scholaris disciplina. P. Odiosa? I. Odi ad epol. P. Quod eius rei fecisti periculum? I. Ex alijs herclè periculum feci, atq; ijs potissimū, qui in padotribarum carcerib. & molerinis aliquandū fuere relictī. P. Illicne miseriarū aliquid esse dicunt? I. V. Quin ipsam esse miseriam dicunt. P. A. Ain verum? I. V. Aio enim uerò. P. A. Quid causā est? I. V. Aiunt mollicella corpuscula noctes & dies flagris illic contundi, cruscula ipsa pedum

pedum tenuis detunicari. P A. Aiuntne esse vllam
venia locum? IV. Nullū herclè, sed quotidie mor-
bos augificari. Puerulorum scapulis vndantes san-
guinis riuos vbertim elici dicunt: ipsosq; interdum
non prius ciulantes relinqui, quàm spiritum penè
emiserint. P A. Istud probe indolis adolescentibus
fieri non dicunt. IV. Nullū sanè discrimen asse-
runt: eadem est praeceptorum in omnes toruitas,
idem furor, eadem violentia. P A. Erras, si credi fi-
li. IV. Edepol & credopater. P A. Hoccine credi-
bile est, quenquam esse tante feritatis ludimagi-
strum, qui infantulos ad mortem vsq; verberet.

IV. Credibile nō putassem pater, nisi nuper vnum
plagū pessimè confectum, protinus inhumari vidis-
ssem. P. Morbo fortasse laborabat, & agritudi-
ne succubuerat. IV. Nullū mediūfidum morbi con-
tagium senserat. P A. Quonam igitur modo peris-
se dicunt. IV. Dicunt à leonina toruitatis sangui-
nario praeceptore flagris primò cruentatum, de-
mum pedibus miserè turbulentatum, postremò in
parietes (dictū horrendum) impetuosè iaculi mo-
re contortum. P A. Erras, inquam, si credi fili. IV.
Nec erro adepol, & credopater. P A. Aliter tibi
persuadeas velim. IV. Pol non si Demosthenes &
Tullius adfuerint, mihi vnquam persuaserint. P A.
Saltem id patri vel mandato, vel precibus condo-
mes. I. Pater, quicquid aliud voles impera manda

COMOEDIA

tis tui stetero: sed quod scholas ingrediar, & se-
rula me submittam, non obediam, et si me pugni-
tus interficias. Pa. Hei fili. I. Tuus hercule filius:
pater non esses, si in eum me compelleres pistri-
num, ubi me minutatim discerpendum conspicias.
Pa. Discerpendum conspicerem? Istuc nunquam
vellem excogitare. IV. Missa isthac faciamus ve-
lim pater siquidem mihi nauseam excitant. P. A.
Quid igitur aliud feceris, quo tibi victum quæri-
tes? V. militiam, sequendo Troianorum vel Roma-
norum numero conscribi? IV. Deterius loqueris:
nullam officij genus mihi gratum est, quod plagis
& vulneribus sit obnoxium. P. Aliquid agas opor-
tet: vix instar eorum qui latrinas exhauriunt, in-
honesto victitare lucro? IV. Tene tui puderet, qui
filium eo deprimi velles? P. A. Ed deprimi nolim.
Quoniam tamen scriptum est, qui non laborat, non
manducet: aliquid agas expedit. IV. Pater, vix in
verba pauca tibi conferam, quid est quod me titil-
let maximè? P. Volo. I. Votis meus non acquiesces.
P. A. Forsitan. IV. Sed dic bona fide quaeso, acquie-
sces? P. Si factu iustum fuerit quod petueris. IV.
Iustum putes factu, & licitum. P. A. Nunc igitur
petas. IV. Quum sim forma aded venusta & libe-
rali, ut nihil supra, uxorem velim ducere. P. A. Pa-
pè, quid audio? IV. Hocce acquiescendi primor-
dium? P. A. Hei iuuenem delirum. IV. Nescio quid
factu-

IOAN. TEXTORIS.

facturus sim, quod stomachum tuum delectet. P.
Vxorem quaris miserrimè Nigot? Quid aliud est,
quàm iugum & onus appetere? I. Sit onus, esto: du-
cam tamen si permittas. P. A. Id meo non fiet consi-
lio. IV. Saltem non relucteris? P. A. Nō reluctabor:
sed si stultitia tua te pœniteat, neminem præter te
vnum arguas. IV. neminem arguam, vale pater.
P. A. Benè vale fili. IV. Mea Canulla, sopitine qui-
escunt antiqui amores nostri? V. X. Meus quoidiè
augetur. I. Et meus incrementum suscipit. Iam, vt
aliquando his quæ amantes duriter excruciant,
finem imponamus, ad connubia descendamus. V. X.
Perplacet. I. Hunc ego annulum in amoris perpe-
tui pignus confero. V. X. Hoc egomet fidei xenum
tibi præsto. I. Iamiam, vt moris est, presbyterū ad-
eamus, qui nos indissolubili vinculo copulet. V. X.
Adeamus: valet e spectatores tantisper, dum è tem-
plo redierimus. P. O per deliram iuuenum vecor-
diam. O inopes consilij animos, qui patribus inui-
tis ad protogamiam, seu primas nuptias accedunt,
miseriarum & factionum ignari, quas adfert con-
iugalis thalamus: laborum expertes, quos nutrien-
dorum liberorum sumptus expetit: impendiorum
nescij, quæ domestica necessitas exigit. Hinc vxor
oblatrat. Hinc in cunabulis vagiunt filij. Hinc ali-
quando prouectiores coruorum more cibum appe-
tunt. Hinc nundina maritum ad questum vocant.

COMOEDIA

Voluit tamen fatuellus meus filius, dissuadente frustra parente vxorem ducere: putans latitiam illam, qua primo nuptiarum die titillat, perpetuam fore. Verum experietur, quod scripsit Hiponactes, duos tantum dies vxoris esse dulcissimos, nuptiarum videlicet & mortis. Experietur inquam verum, diem videlicet nuptiarum multorum malorum initium. Aderitq, vt opinor, tempus quo sibi accidisse vellet, quod Eupolide & vxori contigisse asserit Ouid. quos prima nuptiarum nocte, ruina lethi interfectos, hu asserit versibus:

Si tibi coniugij nox prima: nouissima vitæ:

Eupoli hoc perijt, & noua nupta modo.

Sed adesse video meum vxorium fatuellum cum sponsa. Ego igitur hic tantisper quiescam, donec videro quo more vnà vixerint. IV. Vxor mea V. Mi marite. I. Quanta est in coniugio voluptas? V X. Quàm vehemens & suavis amor? I. Quot concharum oscula? V. Quot risus? I. Maritus cum vxore oblectatur. V. Vxor cum marito ridet. I. Vnà comitant. V. Vnà comedunt. I. Quis igitur nuptias vituperet? V. Quis Aristoteli non condescendat in Ethicis scribenti? Viro politico ducendam esse vxorem, non solum liberorum, sed victus & auxilij causa? I. Quis eum Herocle non fateatur genus hominum sociale esse, ipsius autem societatis principium esse coniugium? sine quo neq, ciuitates consistere

flere, neq; domus perfecta esse potest. V. Pythagoras, Socrates, Crates etiam, qui tenui suppellectile fuere, vt à maioribus meis accepi, vxorem duxerunt, eisq; cohabitauere: nec impedimento esse philosophia putauerunt. IV. Quid quæso secundum naturam magis est, quàm vxorem ducere? V. Facessant igitur, qui nuptias velut periculosum aliquod respuunt. IV. Facessant, qui ducendā non esse vxorem dicunt. V. Sed heus marite, hoc nuptiarum die laute & genialiter viuimus: quid verò die crastino comedemus? IV. Iam quæ futura sunt prospicu? VX. Nisi id in rem meam fore conspicerem, quæ futura sunt, non contemplerer. Opus est igitur, vt tete operi accingas, quò nostrum vtrique victum quarites? IV. Men discruciare iam quarites? VX. Quid discruciare? sed nostra duorum vtilitati consulere velim: properè igitur quidque feceris. IV. Aliquandiu saltem adhuc requiescere permittas. VX. Vin nos inedia consumi? IV. Nolim. VX. Propera igitur inquā, secus ignauiam tuam mihi non placere periclitaberis. IV. Marito molesta esse iam incipit? VX. Quid hic verborum est? Satisne tibi videor obloquuta miserrime? IV. Hem voluptas, vt nunquam es perpetua bona. VX. Nullum ergo mandatis meis locum reliqueris? vapula. IV. Hei mea vxor, ne tam duriter in me sauias: quicquid voles exequar prope-

COMOEDIA

22.V. Has clitellas humeris superpone, ac lignum
 venale compitatum deferas, quo nostrum utriusque
 victum queras: Perge Nigot. I V. O quam miseri
 sunt, qui vxoribus suis nubunt: miseri, inquam, qui
 bus aut vxores imperant: verum nunc experior
 quod mihi pater predixerat, multas in matrimo-
 nio esse miseras: Miserum me: quid agam? si do-
 num nummis vacuus rediero, fanatica illa mul-
 ercula diriter me iugulabit. Heus tu, qui propin-
 quus hic astas, hoc me exoneres ligno, stipitemque
 aliquem mihi conferas, secus hodie postremum me
 vides. Nunc parta pecunia ad vxorem redeo. Hem
 vxor, adest diurnum lucrum. V X. Id tantum no-
 bis comparasti sceleratissime Nigot? vapula, vapu-
 la. I V. Pol ego plura non perferam. V X. Insuper
 in me nefarie? ego sane faciem vnguibus tibi de-
 formabo. I V. Hei vxor, sit saltem venia locus: nun-
 quam in flagitia mihi reuerti contigerit. V X. Sur-
 ge igitur. I V. Faciam quicquid iusseris. V. Aquam
 situlis exantlaturus propera. I V. Dicto citius pa-
 reo. Hei, quam miseri sunt qui vxoribus suis nu-
 bunt: vellem primò nuptiarum die me subitanea
 morte consumptum fuisse. Hei misero mihi, quid
 faciam? redeo vxor, aquam adfero. V X. Hem, quid
 hic lachrymarum est? I V. Non lugeo. V X. Non, si
 sapi. Telam hanc ad riuum lauatum propera. I V.
 Na vxor pareo. V X. Properes inquam. I V. O in-
 fortu

IOAN. TEXTORIS.

fortunatam maritorum conditionem: vellem me
terra absorptum quum me mater peperit. Quid
faciam? quod me vertam? miserum me, qui hanc me-
lierculam in vxorem duxerim. Redeo vxor, mun-
dam refero. VX. Sceleste, quid labeculam hanc
non abluisi? vapula. Tu tantisper dam rure redie-
ro, domi remane, ac me ibidem operire: & caue si
pedem commutaueris. IV. Ab pater pater. PA.
Ha fili fili. IV. Verum nunc experior, quod esse
predixeras. PA. Quid illud? IV. Permultas in ma-
trimonio esse miseras. PA. Periculum fecisti? IV.
Plus sat expertus sum: fanatica vxor mea sca-
pulas flagris mihi mutilauit, neque magis mutila-
re licet, si lapideus essem. Suis mandatis parere co-
gor: vellem me primo nuptiarum die terra fuisse
absorptum. PA. Tu, quoniam consilio meo acquie-
scere recusasti, perpetere quicquid meritis pate-
ris. Nam quod pertulisti, nihil est: longè plura
passurus es. Quod si soli tibi id contingere co-
gitas, auditurbulentam Socratis Xano-
tippem: Audi quibus conuiuijs
maritum insectetur
obtundere.

FINIS.

A S IOAN.